



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDXV. Der Propst in Brandenburg weist dem Peter Hausmann eine Pension zu aus den Pfarren Oehne und Göhlsdorf, am 26. Mai 1405.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

etiam conuersionem apud nos obedientem et omnino laudabilem reperimus. Sed literas vestras ad repetendum et eundem Dominum Henricum uobis remittendi nobis transmisistis. Quare ipsum fratrem Henricum sub bone et laudabilis vite ac conuersionis honeste testimonio ut filium obedientem ac bonis moribus conformem uestre paternitati recommendamus ac recommendatum paterna pietate suscipiendum uobis transmittimus —. Terminus uero ad uos ueniendi sit nunc proxime instans dies palmarum — Datum Brandenburg, Anno Domini MCCCC.III. feria quarta post Oculi.

Venerabili Viro domino Johanni preposito Monasterii sancti Georgii Stadenfis ord. prem. Bremensis diocesis.

CDXIV. Claus Rauch verkauft dem Dompropste Henning von Bredow und dem Domcapitel das Dorf Grabow, am 7. Dez. 1404.

Wy Claus Rouk dy olde, Claus Rouk unde Hans Rouk, des olden Roukes Sone, be-
kennen in dessen unsen opene briue, dat wy den erbaren Herren, Herrn Henninge von Bredow,
proueste, unde Cappitle tu Brandeburgh, hebben vorkofft dat Dorp Grabow, dat in deme Ha-
uellande leth, met alle syner tubehörunge, unde we wy dat van unsen Herren den Markgrauen tu
Lene gehad hebben. Dar vor hebben uns dy ergeanten prouft unde Cappittel, hundert Bemische
Schock vor gegeuen, unde wol tu danke betalet, unde seggen em der hundert Scok quid ledigh unde
los, von unfer unde unfer eruen wegen, unde hebben em dat selue dorp verlaten, unde verlaten dat
in dessen briue. Des tu Orkunde hebbe wy olde Ruk, unde Claus Ruk, unde Hans Ruk vorbenu-
met, unse Ingefegele met unfer Wijschap an dessen briff laten hangen. Dy gegeuen ys tu Brande-
burgh upper Borgh, na godes Bort virteinhundert Jar, darna in deme virden jar, an deme anderen
Sundage in deme Advente.

Nach dem Copialbuche.

CDXV. Der Propst in Brandenburg weist dem Peter Hausmann eine Pension zu aus den Pfarren Deyne und Göhlisdorf, am 26. Mai 1405.

Henninghus de Bredow, prepositus ecclesie Brandenburgensis, discreto viro, do-
mino Johanni Wilkim, amministratori parrochialis ecclesie in Oyne et Golistorp, cujus dispositio
plenaria ad nos et ad capitulum dicte ecclesie dinoscitur pertinere, salutem in domino. Quia dominus,
Petrus Hufmann, olim dicte ecclesie amministrator, perpetua debilitate corporis pregravatus, hujus-
modi ecclesie in Oyne et Golistorp in spiritualibus et temporalibus preeffe nequit quovismodo,
propterque, ne mercede laboris omnino privetur et penuriam in vite necessariis patiat, prefato do-
mino Petro Hufman in fructibus et redditibus dicte ecclesie in Oyne et Golistorp septem man-
dalas grossorum Bohemicorum et unum chorum siliginis, quoad vitam, deputamus et assignamus, per vos
et quemlibet vestrum successorem et amministratorem sepedicte ecclesie in Oyne et Golistorp an-

nuatim in festo beati Martini perfolvendos. Datum anno domini millesimo CCCCV°. feria tertia post dominicam Exaudi, nostro sigillo presentibus appenso.

Gerden's Stiffts-Historie S. 647.

CDXVI. Bischof Heinrich's Verordnung wegen des Beitrages der Pfarrer zu Communallasten, wegen des Kirchenbesuches, des Besuches von Gasthäusern und der Gemeinschaft mit Juden, vom 6. Juni 1406.

Hinricus, Dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Brandenburgensis, presentem paginam omnibus auditoribus, salutem in omnium Salvatore. Nostre diocesis quidam Plebanorum ad nos accedentes, quidam querulose exposuerunt, quod eorum parrochiales trahere eos nituntur ad specialia eorum statuta et promissa, contra ecclesie jura et clericorum libertatem, videlicet ad ferendum clavam juxta scita, ad accusandum juxta scita enormitates et excessus, Item ad faciendum communia fossata et ad reparandum vias, sepes communes, pontes et eciam obstacula que dicuntur Slagen, et ad reparandum domos Pastorum et Fabrorum, atque ad portandum et suppellectilia eorundem, ceterum ad emendum et custodiendum ac reportandum thaurum aut hircum vel aprum, et ad dandum depaciones que dicuntur dingnisse proprie tu dude gesprochen, quas nisi de bonis mobilibus dari prohibemus: Item ad custodiendum montem vel turrin, ad videndum rubeta et hujusmodi multa. Cum igitur predicta omnia specialia juris ordinem non observent, omnibus vobis et singulis Plebanis et Viceplebanis nostre diocesis, predicta statuta et promissa districtius sub pena suspensionis officii inhibemus exercere; Quicumque eciam clericos traxerint predictam sententiam excommunicationis se noverint incurrisse. Ceterum si Faber sacerdoti laboraverit, et pastor sua pecora custodierit, cum parrochianis satisfaciat eisdem. Item sepes, fossas in suis agris et curiis specialibus, quemadmodum reliqui facere non recusent sacerdotes. Precipimus eciam ut altaria anteriora non consecrata, post ammonicionem infra mensem destruantur. Quod si facere recusent, ex tunc Plebani et sacerdotes a divinis, quousque destruant, cessabunt. Quidquid eciam in ecclesia loco quocunque oblatum fuerit, jure Canonico ad sacerdotes dinoscitur pertinere. Quicumque autem de oblacione hujusmodi se intromiserit, excommunicationis sententiam se noverit hoc facto incurrisse. Item nove imagines et trunci in ecclesiis et cimiteriis, vel infra ipsorum limites non locentur absque nostro consensu et Plebanorum hujusmodi locorum, pena sub premissa. Ne autem super jam dicta aliquod dubium valeat suboriri, presencium tenorem in sinodo sancta publicari mandavimus et fecimus. De Anno Domini M°. CCC°. VI. ipso die Trinitatis.

Item mandamus quod quilibet Presbiter-parrochialis moneat populum suum, quod omni die dominica et festiva audiant totam missam in ecclesia sua parrochiali: alias contra facientes peccant mortaliter.

Item mandamus quod clerici et presbiteri edendi vel bibendi causa tabernas non ingredientur, nisi necessitate peregrinacionis compulsi, sub pena quinque marcarum, aliis penis contra tales expressis nichilominus in suo robore duraturis.

Item mandamus, quod nullus eorum, qui in sacro sunt ordine, aut laicus, cum iudeis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis recipiat, aut secum bibant, aut manducent, aut balneantur, aut mancipia Christiana habeant. Si quis contra fecerit, excommunicetur.

Gerden's Stiffts-Historie S. 648-650.